


# Stabat Mater

(skrátená verzia ku križovej ceste)



Stabat mater dolorosa iux-ta Crucem lacrimosa, dum pendebat Fi-li-us.

- |  |   |
|--|---|
| 2. Cuius animam gementem,<br>contristatam et dolentem<br>pertransivit gladius.       | 10. Sancta Mater, istud agas,<br>crucifixi fige plagas<br>cordi meo valide.         |
| 3. O quam tristis et afflicta<br>fuit illa benedicta,<br>mater Unigeniti!            | 11. Tui Nati vulnerati,<br>tam dignati pro me pati,<br>poenas mecum divide.         |
| 4. Quae maerebat et dolebat,<br>pia Mater, dum videbat<br>nati poenas inclyti.       | 12. Iuxta Crucem tecum stare,<br>et me tibi sociare<br>in planctu desidero.         |
| 5. Quis est homo qui non fleret,<br>matrem Christi si videret<br>in tanto supplicio? | 13. Virgo virginum praeclara,<br>mihi iam non sis amara,<br>fac me tecum plangere.  |
| 6. Quis non posset contristari<br>Christi Matrem contemplari<br>dolentem cum Filio?  | 14. Christe, cum sit hinc exire,<br>da per Matrem me venire<br>ad palmam victoriae. |
| 7. Pro peccatis suae gentis<br>vidit Iesum in tormentis,<br>et flagellis subditum.   | 15. Quando corpus morietur,<br>fac, ut animae donetur<br>paradisi gloria.           |
| 8. Vidit suum dulcem Natum<br>moriendo desolatum,<br>dum emisit spiritum.            |   |
| 9. Eia, Mater, fons amoris<br>me sentire vim doloris<br>fac, ut tecum lugeam.        |   |



A- men.